ctaque noſtra ſtetit Reſpublica; Et licet iſtud corpus conſiſtat in ordine quatuor Dominorum Conſulum cnm viginti quatuor Dnn. Senatoribus, quivis tamen facilè hodiernum poterit inde dignoſcere ſtatum, quaque fuerint electi ſerie, diſcernere. Summum interim Numen, quod hactenus incolumem noſtram conſervavit Rempublicam, ſuppliciter veneror, ut porrò pro immenſa ipſius clementia hanc dulcem patriam, hoc ſuæ hoſpitium Eccleſiæ, ab omni velit protegere inſultu, quò unusquisque in illo tranquillè & pacatè vitam ad beatam usque analyſin prorogare poſſit.